

καὶ πρόσθεσις, 47, 18 ὥστε καὶ συνεχῶς, 25 αὐξέσθαι μᾶλλον διὰ τὴν ὑγρότητα ἢ διὰ τὴν, 48, 7 κατὰ μέντοι ταῖς πάσαις ἄλλαις ἐνεργείαις (sic) etc.

Cum Marciano codex Parisinus 2267, chartaceus, recentissimae aetatis, artissime cohaeret. Omnibus enim fere locis cum illo adeo consentit, ut aut ex eo ipso aut, quod veri similis est, ex eodem exemplari descriptus esse videatur.

Eiusdem familiae est codex Vaticanus Ottobonianus 311, chartaceus, saeculo sexto decimo neglegentissime exaratus. Quem cum in libris, qui sunt περὶ φυσικῶν δυνάμεων, cum Marciano consentire vidissem neque inde quidquam lucri ad textum emendandum fecissem, ne tempus et operam perderem, eius conferendi consilium celeriter abieci.

Ex codice Trivultiano descriptus esse videtur Marcianus alter sive Venetus append. class. V 4, membranaceus, formae oblongae, saeculo quinto decimo eleganter scriptus, olim Caspari Contarini, qui f. 167—189 περὶ κρᾶσεων libros complectitur. Exempla consensus utriusque codicis ex initio libri tertii haec afferam: 86, 2 δέχεσθαι, 12 ὄρνιθα, 14 μηδενὸς αὐτῶν ἔξωθεν ἐμποδῶν γενομένου, 87, 19 τῶνδε τι, 21 ἄρα pro ἀέρα, 23 εὐσαρκία νέου, 26 καὶ ζητηθήσεται om., 88, 25 προσαγορευόμενα τὰ τοιαῦτα, 26 θερμαίνειν, 89, 5 post μεταβληθείη add. τὸ προσφερόμενον τῶν εἰρημένων φαρμάκων ἕκαστον, 22 ἀντιθερμαίνη T ἀντιθερμαίνει V supra scripta η littera, 90, 8 περιπυκνώμενον, 9 δύη] δόοι T δώοι V, 20 ἀπτομένου (sic) τούτου, 26 ἡ λεπτή om., 91, 9 αὐταῖς, 12 τὰ οὕτως μεταβληθέντα, 92, 3 τὸ μὲν γὰρ ὄρνιθος ἐλάττονος, 9 τυχεῖν, 14 καὶ om. Praeterea uterque codex in fine libri primi eandem fere subscriptionem exhibet: γαληνοῦ περὶ κρᾶσεων σχόλαιον· σύνοψις τοῦ λόγου. Ἔστι συνελόντα τὸν ἅπαντα λόγον εἰς τέσσαρα συναγαγεῖν κεφάλαια κτλ. T γαληνοῦ σύνοψις τοῦ περὶ κρᾶσεων λόγου κτλ. V.

Ex his quae disserui efficitur Venetum ex Trivultiano esse descriptum. Sed bonitate multo est inferior, cum tot